



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 195. Quid circa illos sit addendum, qui sunt aut fuerunt in Matrimonio;
item circa habentes sponsalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

rendit ad pollutionem & spiritus venereos notabiliter excitat, *Tamb. c. 7. §. 2. Sporer num. 333.*

907 §. 10. *Moya T. 6. D. 2. Q. 4. N. 11.* dicit esse mortali loqui verba turpia de se inductiva ad luxuriam licet abeset periculum scandali vel delectationis & consensûs tam in loquente quam in audiente, quia continent illam malitiam, ad quam ex natura sua inducunt: *Excipe*, nisi ex circumstantiis aliud significarent, aut non censerentur esse inductiva: quod si præsentibus sint ita probrum aut ita improbi, ut verbis turpibus non moveantur ad peccatum, *Salon. Sanct. Castrop. & cum Diana P. 5. T. 7. R. 3.* dicunt rationem scandali non continere. Denique si proferantur tantum ad ostentationem ingenii, ob amorem laudis propter acumen, aut ob alium finem non mortaliter malum, secluso scandalo & periculo tantum venialia, *S. Antonin. Cajet. Navar. & alique apud Moyam num. 3.*

908 §. 11. Eunuchi per hæc tenus dicta esse peccare possunt mortaliter, quia etiam in eis datur commotio spirituum & motus humorum non est quidem aptus generationi, attamen sentiri delectationem diversam à pure sensuali & æquivalenter veneream.

909 Q. 195. *Quid circa illos sit addendum, qui aut fuerunt in Matrimonio; item circa hæc sponsalia. R.* De primis dicetur *L. 6. c. 2. D. 2. ad litem* De postremis dicetur *ibidem c. 1. ad D. 2.*

910 Q. 196. *An detur parvitas in materia venerea sive, an possit deliberatè quæri delectatio venerea ita levis, ut non ideo peccetur mortaliter.*

R. §. 1. *Omnis delectatio venerea est mortalis in illo, cui copula est illicita, unde non potest esse delectatio venerea ita parva, quin proprie*